

Fac ut immemor tui sim prius q̄ tuas obliuiscar iniurias: & te non plectam.

¶ Titulus uicesimus primus.

¶ Laudatoria familiaris.

Terentius Curius noster om̄i laude cumulatus illud famæ genus cō-
sequi potest: de quo **Terentius** inquit: Homo per pauco-
rum hominū: imo nullorum: dignissimus est **Curij** nomi-
ne. Is enim de quo tantam omnis historia mentionē facit:
Plutarchus Plutarchi testimonio uir fuit: ut frugalissimus (& ea quidē
Cicero frugalitate: quam **Cicero** uult omne complecti uirtutem)
sic æquissimus fuit: si eius responsa & **Sannitibus** & alijs fa-
cta diligentius considerent. Quid si a diligenti per omniū
reꝝ sibi agendarū curam **Curius** cœpit appellari? Tu ue-
to tali tantoq; patre natus ne degeneres: cura non in hoc
minus sis: q̄ in omni probitate: innocentia: prudentia fue-
rit ille **Curius**. Video ingenij tui acrimoniam: memoriæ
præstantiā: doctrinā iam pene paternam: aliq; tum natu-
ræ: tum industriæ munera: quibus genitorem si non super-
ras: æquas certe. Quibus si nō respondes augenda laude
quæ nuper in tuo nomine iecit fundamēta: certe delabe-
ris: nec quo pacto resurgas inuenies. Grauis est in te com-
mota hostium omniū expectatio: quibus sis uiribus: ut de
Tullius **Curione** dicit **Tullius**: qua uia sis patri futurus nō dissimi-
lis: Sed qd ego ea in re dubito quicq; Generosa semina in
hortis crescūt suis. Pater tibi fuit unic⁹ in Italia sciētia splē-
dor. Tu qdem ab ineūtib⁹ annis bonis litteris deditissim⁹.
Censendū est tibi deesse nihil posse: quo sis apud poste-
ros immortalis. Quod ut cōmodi⁹ cōsequaris: me nō babes
inferiorē cæteris: q̄ tuis laudib⁹ æternitatē scribēdo patrē:
qd assidue factur⁹ sum. Bñ uale. Ex **Mediolano**. xvij. kalē-
das **Februarias**.

¶ Laudatoria familiarissima.

Non ero in dicēdo longior. Vidi quæ scripsisti singula. Sū-
tuum acumen admiratus. Eloquentiam uero tuarum epi-
stolarū tantī feci ut nullius possim efficere pluris: uel ue-

TITVLVS XXI

teris uel noui. **A**dmisses tot in scribendo sentētijs: tot cū sententijs testimonia: tot cū testib⁹ argumēta: ut legendo alliciar ad existimandū ex te flumen profluere uerborū. **Q**uid autem minus scabrum: minus perplexū: minus uile: **O**mnia in tuo stilo uident^r antiquitatem redolere. **A**dde q^d es humanissim⁹: nō superbis tua laude: nō tumescis. **Q**uo tibi maior est gloria: eo tu min⁹ (ut multi solent) insolens: min⁹ elatus: min⁹ iactabūdus. **D**ij tibi fortunēt nomē quo dignissim⁹ es. **M**e habes cui q^d tantus sis & habearis: es stupori uere incredibili. **B**ene uale. **E**x **M**ediolano. xvj Kalendas **F**ebruarias.

Laudatoria gratis.

A triplicibus fortunæ corporis atq; animi bonis: uoluerē **P**eripatetici **P**eripatetici laudandos esse uiros: quos hac in pte **C**icero **C**icero secutus est: cum cæteris sit omnibus **P**latonem imitatus: **P**lato q^d duplicibus dumtaxat contentus erat: internis ac exteris: at fortunæ: nec in animo: nec extra animū diceret: sed ab utrisq; aliena. **Q**uā hæc oīa sint in hoc nostro patre: attendite p^r deū immortalē **O** fratres uiri eruditissimi ac religiosissimi: ut cognoscatis manifesto: q̄ nobis in huius diligēdi cura cōsilioq; sit gaudendū. **E**st primū (ut a leuiorib⁹ ad grauiora quæram⁹ progressum) ea generis nobilitate: quæ in Italia possit inter primas nūcupari. **N**ā si florē hui⁹ bodierna **I**taliæ debemus existimare insubriā: & agrorū ubertate: & urbiū amplitudine: & soli dexteritate: & uiorum præstantia. **I**n insubria uero **M**ediolanū ciuitas ea est **I**nsubria cui similis in toto nō inueniē orbe terrarū: uel populi multitudi- **M**ediolanū tudine: quā **S**uidas scripsit populosissimā: uel rerū ad ui- **S**uidas tam hominis dignitatēq; necessariatū: certe hic eo nobilior est: q^d **M**ondella familia cretus: & generosa ē & antiq̄ **M**ondella in ea urbe domo: parētib⁹ cretus optimis: clarissimis: Insubriūq; principib⁹ sp̄ iucūdisissimis: de qb⁹ (ne in illud incidā **S**enecæ) **A**liena iactant: q^d gen⁹ suū laudāt: hoc prosequar **S**eneca q^d apud Iuuenalē est: **C**ūcta licet ueteres exornēt undiq; **I**uuenalis cæræ atria: nobilitas sola est: atq; unica uirt⁹. **N**am & si est

generosissima stirpe satus: si natura in huius uniuersum corpus fuit liberalissima: si nutrimentum & educatio huic plurimum profuit: multo plus tamen laudandum est ab animi bonis: modestia in adolescentia: diligentia bonarum artium in iuuentute: prudentia in senectute hac uiridi: ut illud est **Virgilij**: Sed cruda deo uiridisque senectus: ceterisque in omni aetate uirtutibus: quibus aut superauit maiores suos: aut illorum attigit laudes. **Prius** coepit laudari continentiae: quam scire posset quid foret continentia: ut de **Epaminunda** & de **Hagesilao** a Graecis scriptum perhibetur: assidue religioni tam uacans & castitati: ut insensatior: ut dicit **Aristoteles**: nusquam uacantes uoluptati: quam mundior aut abstinentior soleret apud socios appellari. Mox in mundi contemptum sese induebat eo quo nunc panno: tum quia constitisset **Franciscaster** esse: tum quia iam elegantiae hostis esset. Pluribus hunc argumentis omnes propinqui ab ea distrabere uitae uia nitebantur. Hic assidue ut summae solent cautes: annosissimaeque arbores: inconcussus ac illabefactus loco moueri non poterat: se sibi natum imprimis inquiens: sibi uelle satisfacere. Si quis illud adducebat **Academicum**: non folis nobis nos natos esse patriae: parentibus: & eiusmodi reliquis: hanc eorum esse uitam dicebat: quae in agendo uersantur: non amicum: non in poliendo. Intrinsicam hanc suo posse quemlibet ingenio debereque curare diligenter quae ad animum felicitatemque comparanda pertinent: ut **Theophrastus** inquit: Extrinseca uero nullis a sapientibus pendunt: nostro ne an alieno fiant admodum. Quid quod neminem audiuerit: nulli auscultauerit: nemini obtempauerit ut religionem non sit ingressus: **Quidam** nunc illud ad dehortantes usurpans: Nitimur in uetitum. Quam obrem iam admodum adolescens praefectus est **Thaurisco** monasterio: ut de **Scipione**: cui iuniori longe ante senatorios annos demandata est respublica: & de **Alexandro Macedone**: qui tam natum minor tot res gessisse perhibetur. Eam autem administrationem cum plerisque alijs: quibus deinceps assidue praelat^{us} est: tam exercuit perhumane ac per

Vir. vi. aene.

Epaminū/
das
Hagesilatus
Aristoteles

Academia

Theophrastus

Quidius

Scipio.
Alexander

benigne: ut admirati sint omnes. Non multo post apud pō
 tifices multos egit maxima: nec in patriæ suæ: nec in ami/
 corū negocijs unq̄ defatigatus est: nunq̄ laboribus cessit: **Clearchus**
 ut iam alter **Clearchus** uocari posset: qui causas & amico/
 rum & patriæ præferebat suis. Ea tñ fuit semp demissiōe
 suæ laudis: ut cū uel fiducia sui quiret: uel ut se notum red
 deret apud incognitos: nunq̄ se uoluerit uel laudare uel
 in faciem laudari: ne qs posset in hūc assentator existima/
 ri. Quinimo secū ipse si qd̄ laudabat in eo: memoria illud
 in **Apollinis** templo scriptū: qd̄ ab **Homero** usurpatū est: **Homerus**
 & **Pittaco** **Mityleneo** repetebat: Nosce teipsū: seq̄ nō tan **Pittacus**
 ti iudicans: arbitrabat̄ a **Socrate** discere posse: qui se dice/
 ret unū scire solū: quod nihil sciret: illudq; **Ciceronis** non **Cicero**
 obliuiscēbat: nec natura nouū nec scientia uetus reperit.
Tandem in hanc est profect⁹ sedem: ut non solū sua singu/
 lari uirtute peperit amplitudinē: sed suis omnib⁹: hoc est
 nobis: nostræq; religioni: suæ patriæ: suis agnatis: cogna/
 tis: necessarijsq; ac ppinqs reliqs laudē atq; gloriā imorta/
 lem. Non em̄ in hanc præfecturam sorte cōiectus est: sed
 una omniū eorū sententia: qbus huius delectationis bonus
 imminēbat. Non hoc loci corruptelis temptata res est: ut
 sæpe: non amicorū studijs: ut assidue: non principum lit/
 teris commendaticijs: ut semper: at sola uirtute: probita/
 te: doctrina: sapientia hui⁹ **Lodouici**: huius theologi clarif/
 simi: huius uiri animo maximi: huius suo cognomento di/
 gnissimi: q est iccirco de **Mondello** dictus: quoniam mun/
 dū uincens: paruus sit mūdus uirtutū quasi thesaur⁹ effe/
 ctus: quem microcosmon **Bernardus** siluester appellauit.
Huius nunc regimur & gubernamur claritudine: præce/
 ptis ac institutis. **Habem⁹** quem imitamur: uirū præstantis/
 simū philosophū & doctrina & moribus: **Theologū** opti/
 mū: patrem innocentissimū: pientissimū: religiosissimū: cu/
 ius quotiens p uestigia procedem⁹: totiens nō errabim⁹.
Qd̄ ego p me decreui uos hortor: nō recusetis: cūctis uni/
 ce cōductur. **Ex Mediolano**, xvi. kl. **Februarias**.

TITVLVS XXII

Synonyma laudatoria.

Hic uir est dignus uiri nomine,
Sūma est huius uirtus.
Nullam uirtutem hic minus tenet.
Omni laudi æque hic operā adhibet.
Ut modestia iuuenis antecellebat cunctos: sic nūc prudē-
 tia præstat omnib⁹.
Hic nulli⁹ est pbitatis: præter ceteras particeps: sed omēs
 tenet mediocriter.
In oīa uirtutū genera **C**urius eodē habet pacto.
Tantus est **C**urius: ut diuinus possit potius q̄ human⁹ ap-
 pellari.
Virtus **C**urij ut est admirabilis: sic incredibilis.
Ad hūc diuino sunt munere: oīm delatæ uirtutes.
Qui uelit huius prosequi laudes: laboret infinitū.
Nemo uel diutius scribens calcem attigerit laudum hui⁹
 enumerandarū.
Maxima est de huius uirtutibus apud omne humanū ge-
 nus admiratio.
Facit **C**urij sanctimonia: ut in eo laudādo uiris uel eloquē-
 tissimis uerba desint.
Qui sunt in cæteris copiosissimi oratores: in laudanda hu-
 ius uirtute obmutescūt.
Amplissim⁹ est prosequēdæ tuæ uirtutis camp⁹.
Non possum nō te foelicē hac uirtute iudicare.

¶ Titulus. xxij.

¶ Vituperatoria familiaris.

Turpe uideri potest hui⁹ mali atq; perniciosi hominis ui-
Cicero tia insequi. **S**ed hoc habet prudentia: **C**iceronis definitio-
 ne: ut rerum bonarū malarūq; sit scientia. **V**eritas autem
Chaldæorū definitæ astronomorū uerbis: per quam quæ
 fuerūt: sunt: aut futura sūt: immutata dicunt. **Q**uāobrem
 & prudentem oportet tam mala scire q̄ bona: ut ab ijs ca-
 ueat: hæc sequat: & qui uerū sequit: remq; ut est: sic expli-
 cat: minime peccat. **N**on inuehor: uera sequor. **E**st ille ne-